



**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci Iudimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Participioru[m] definitię.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

ut ait Lanci.) ut formā, ita figurā omisit. Species ideo participiū accidens non annumerat (ait Lanci.) quia accidens datur cū uariat. Iam omne participiū est deriuatiū speciei. Inuētū est participiū breuitatis gratia & uenustatis, quia uenustius, breuius dicitur. Venture memores īā nunc estote senecte, q̄ senecte que ueniet. Interim etiā adiungi uidet necessitas, ait Valla. Veluti mulieres ornāt se ne uidētes hoies eas derideant, ridiculus esset sermo ne uideant & derideant siquidē nō ornant se ne uideant hoies diceret sophista, licet copulatiue hoc esset falso, nō tamē copulatim, at nugari hic nolo,

## Participiorū desinētię.

Participia actiue, aut passiue aut neutraliter significāt, ut amās, amatus, sedēs. desinētię sunt septē ans, ens, p̄sens, tēporis. T us. sus. xus. p̄teriti. Rus. dus. futuri. Mortuus, Augustinus uult esse nomē, ait Lan cilo. alij participiū. Quęcūq̄ carent h̄s, unde participia formarentur carent h̄s ī pliis participijs, ut si studiū non sit supinū, nec studiturus erit participiū, studiū. Diome. negat dici, fruēs in Cicerone lectū est nasciturus nō naturus licet natū sit supinū, oriturus, licet ortus non oritus, moriturus quoq;. sed de his in alio libro late disputauimus. Sibila lambebant linguis uibrātibus ora, ait Virgi. ubi Serui. sibila inquit participiū est nō nomē pro sibilātia. Ego dico esse nomē fun gens officio participiū, ut in. iij. ænei. Et si fata deū, si mens nō leua fuisse, fata (inquit Serui.) participiū est, id est que dñ loquūtur. Stati. Et uocem fata loquūtur. Participia prēsentis tēporis significāt actiue, aut neutraliter, nisi exulans, uapulans &c. Virgilius tamē plaus stra uoluentia dixit pro que uoluuntur, in quo imitatus est grecos, quia apud latinos passiū generis uerba, participijs carent prēsentis temporis. Pœnitens pœnitendus &c. recte dici ante probauimus, et talia in dus nomina sunt cū datiuo meminēs, in Plauto legitur, sed repudiatiū est, ut siens & fiendus. licens autē & līcitus nomina sunt. Virgi. Et līcito tandem sermone fruītūr. Vbi præsens est & non præteritum. Interdū utimur pro præterito quod non est, præsenti. Cice. in Bruto. Cum e sicilia decedens Rhodū uenisse. hic non dixit, p̄fīcīscens, sed p̄fectus si quis tamē hoc pacto loqui uelit faciat, sed parce inquit Valla. Cice. lib. iij. offi. Si exempli causa uir bonus Alexāndria profectus, magnū frumēti numerū rhodū aduexerit. Nunc ad participiū resolutionē respiciamus.

## Participiorū resolutio.

Participiū resoluit in relatiū & uerbū. Virgi. Post aliquot mea res gna uidens mirabor aristas. i. qui uidebo, uel quū uidebo, q̄a p̄sens

Q. ij